Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

cxxiii. Ad refractas pinnas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

Visual Library

vbi videbuntur corroſæ, linito, & ſanabis.

Si pinnæ inflationibus turgeant.

INFLATIONES reſcindas, & pinnas plenas perfores, & vino veteri locum eluas, & vitis ſarmenta combuſta cum bubulo felle in puluerem redigas, eum infundas in plenas pinnas.

Ad eum qui ſuas pinnas rodit.

SI accipiter ſuas corrodit pinnas, & cum pediculos non habeat, tamen pediculos inquirit. Scrutare coliculos pinnarũ caudæ & plumas. inuenies quiddam nigrum intra radices pinnarum, id acu compungito, inſpirato vinum vetus, mali punici cortice trito vngito.

Ad refractas pinnas.

QVI à natura rectas non habet pinnas, ſed refractas, ita curabitur. Aqua potabili calida frequenter remiges pinnas fouebis.

Decidentium pinnarum remedium.

LAVRI vel nucis oleo foramina, vnde pinnæ decidunt, vngito, aut ex tuo